

* * *

11. **H**ic Pietas crescit, facit hic constantia fructus:
Sit pia, sit constans, quæ fovet aura patres.
Christianus Friedericus Zürner / Zitt. Lus.

* * *

12. **H**æresis inde fugit, pia dum certamina fervent,
Et fugit hæreticum, quod fluit inde, malum.
Johannes Dubelius, Crofn. Sil.

* * *

13. **A**ccepit inde suos Ecclesia sancta Ministros:
Ergo Patrum placeat sedula dextra DEO.
Johannes Daniel Mæller, Crofn. Sil.

* * *

14. **A**ssumit Scholicos gaudens Respublica Cives:
Inde Patronorum gaudeat usq; salus.
Hans Wolfson von der Heyde / Siles.

* * *

15. **H**ic Juvenes replet diversa Scientia mentes:
O sua quin Patres commoda porro sciant!
Christian. Joach. Scharffenberg / VVism. Mehl.

* * *

16. **D**istinet hic vigiles verborum cura Magistros:
O signent cunctos sic bona verba dies.
Martinus Sigismundus Pils / Gorlic. Lus.

* * *

17. **H**ic decet è variis florem decerpere Scriptis:
Nil carpat flores florida Zitta Tuos.
Gottlob Christianus Scultetus, Schæn. Lus.

* * *

18. **G**ræcia pandit opes, Charis ac sibi plaudit Ebræa:
Spiritus his lingvis præsto disertus erit.
Georgius Schüller / Polkenhayn-Sil.

* * *

19. **H**ic juvat assiduos, juvat hic simul esse loqvaces:
Sit quæ Zittanas fama loqvatur opes.
Jacobus Christianus Adami, Luccâ-Lus.

* * *

20. **H**ic rudis excultas quoq; sermo politur ad Aulas:
O maneat nostrum SAXONIS Aula decus.
Christianus Schlotneger / Luccâ-Lusat.
Dis